



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET  
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||  
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

**Binsfeld, Peter**

**Avgvstae Trevirorvm**

**VD16 B 5530**

Tertia Conclusio. Regulariter, quando per testes, aut confeßionem, aut alias de delicto constat, non est deueniendum ad torturam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41113**

non valuit, ex post facto conualescere non potest. L. Quod ab initio. ff. de reg. iuris.

*Tertia Conclusio. Regulariter, quando per testes, aut confessionem, aut alias de delicto constat, non est deueniendum ad torturam.*

ANGEL. in L. fin. C. de quæst. Alberic. in Rubric. ibid. Marsil. in L. 1. in princip. ff. eod. & in pract. Crimin. §. Nunc videndum. à num. 25. & attestatur communem esse opinionem. Angel. Aretin. in tract. maleficiorum, in verb. Fama publica. Boërius in decis. 163. num. 1. & alij ab eo allegati. Iulius Clar. lib. 5. §. fin. pract. Crim. q. 64. num. 5. Damhauder. in praxi rerum criminal. cap. 35. & hæc opinio communis est, vt post Marsil. & alios Didac. Co-uarr. practic. quæst. cap. 23. num. 5. & Antonius Gomez. variar. resolut. tom. 3. cap. 13. num. 20. docent. Atq; hæc sententia probatur per text. in L. Diuus Pius. & L. Edictum. ff. de quæst. in hac L. Edictum. sic tex. habet: Quæstiones nec semper in omni causa, & persona desiderari debere arbitror, sed cum capitalia & atrociora maleficia non aliter explorari, & inuestigari possunt, quam per seruorum quæstiones. Ratio etiam pro Conclusionem à DD. assignatur. Tortura est remedium quoddam subsidium eruendæ veritatis. Ergo non est deuenien-

nien-

niendum ad eam, nisi deficientibus alijs probandi modis. Occasione huius Conclusionis orta est controuersia inter DD. An si reus torqueatur super delicto confessio, vel probatio, & neget in tortura, veræ & legitimæ probationes elidantur & eneruentur, ita vt non possit virtute earum condemnari? Pro affirmante parte, & etiam negante sunt celebres DD. Et quia ex professo materiam torturæ non hoc loco tractamus, sed tantum attingimus, lectorem remitto ad Didac. Couarr. Gomezium, & Iulium Clarum locis allegatis, qui pro vtraque parte ad longum sententias, & eorum auctores allegant. Sed hæc relinquendo, quantum ad nostrum propositum, reus confessus, aut testibus plenè conuictus, césura prudentium & doctorum iudicum non torquetur super crimine de quo per probationem, aut confessionem constat, sed super alijs, de quibus indicia habentur: aut super socijs & complicibus. Itaq; quando Iudex in hoc casu torturam super confessione sociorum, aut alijs criminibus instituit, prius debet protestari, quod id faciat sine præiudicio criminis confessi, aut probati, vt communis Doctorum in praxi obseruantia habet, teste Cæpoll. in cons. 32. Qua de causa Alberic. in Rubr. C. de quæst. num. 9. dicit, quod fatuus esset Iudex, qui torqueret aliquem, contra quem esset plenè probatum, nisi id faceret cum protestatione, quod non intendat

dateum torquere super probatis, debetq; facere, vt talis protestatio appareat in actis.

*Quarta Conclusio. Tortura non est adhibenda in omni causa & delicto, sed tantum in atrocibus & grauibus criminibus, pro quibus de iure vel consuetudine, aut statuto pœna mortis, aut corporalis notabiliter affligens infertur.*

**D**OCTORES in d. L. Edictum. cum textu quando ait: Quæstiones nec semper in omni causa & persona desiderari, &c. sed cum capitalia & atrociora maleficia, &c. Marfil. in Rub. de quæstionib. & ibidem Salycet. & alij. Francisc. Brunus in tract. de indicatijs & tortur. 2. part. 3. q. Paul. Grilland. de eadem materia q. 5. princip. Iul. Clar. in d. q. 64. num. 4. & post alios Gomez. in d. c. 13. num. 2. Ratio redditur: Quandoquidem tortura est grauis afflictio, ideo non debet maior pœna inferri reo nec conuicto, nec condemnato, quàm esset inferenda ex ipsa condemnatione, si reus crimen esset confessus, aut de eo conuictus probationibus.

*Quinta Conclusio. Tortura debet adhiberi cum moderamine secundum qualitatem persona, delicti, indiciorum & temporis, ita vt moraliter & verisimiliter reus tortus*

*tortus*